



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Die 2. S. Stephanus Hungariæ Rex

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

minibus spectaculum. Pro obrinenda humilitate à Christo, & SS. Angelis ita nobilitatâ per novem dies *novem Pater & Ave cum Te Deum* peragamus. Placeat hic numerus novem Angelorum choris.

Festum S. Stephani Hungariae Regis, & Apostoli.

EXHORTATIUNCULA I.

Jacet ad pauperum, & miserorum pedes S. Stephanus, coram quo & populi sua flectebant genua. Humilitas non deprimit nobiles, sed magis nobilitat; quia humili Jesu assimilatur. Quid hinc nostra superbia? Pauperes vix aspectu dignamur? O utinam non ratio & cum indignatione repelleremus! Filii, quid attentamus? Si fecerimus, Jesum abegimus! Quanta crudelitas!

Instructio meritoria.

Pauperes, & miseros si non habeamus, quorum pedes exosculemur, saltem limites aut Ecclesiae, aut cellulae, vel cubiculorum veneremur osculis, memores, quot ibi occasiones meritorum! Virtus quò

quò occultior, eò sanctior. Ut afflicti,
& pauperes suos semper inveniant pa-
tronos, hodiernum Rosarium eis offe-
ramus. Amor non est, si otiosus, &
sine opere.

II.

ORandi studio noctes penè totas
duxit insomnes, atque in cœlesti-
um rerum contemplatione absorptus,
non rarò raptus est in extasin. Dilecte!
Quàm immersi adhuc vivimus luto hu-
jus iniqui sæculi! Ubi raptus nostri? O
utinam non ad vanitates, & insanias
falsas!

Instructio meritoria.

Si noctu evigilemus, amore Christi,
& gaudiorum cœlestium interdum sur-
gamus, somnum modicè abruppamus,
& flexis genibûs SSS. Trinitatem, vel
Venerabile Altaris Sacramentum adore-
mus cum dulci amoris suspirio: *Benedi-
camus Patrem, & Filium, cum San-
cto Spiritu, laudemus & superexalte-
mus eum in secula. Vel Amor! mi Je-
su! Tædeat me dormire sine te! Dele-
tet vigilare propter te! Nomen tuum*
mea

522 II. Septembris. S. Stephani Reg.

*mea est refocillatio! Memoria tui mea
unica quies, & consolatio.* Dein ite-
rum ad lectum. Donum vigiliarum, &
occultæ orationis, donum preciosissi-
mum est. Ut digni simus hujus posse-
sione, per unam horam integram co-
ram Sanctissimo nos detineamus, nemi-
nem in ecclesia aspiciendô, sed erectis
manibûs ac recollectô spiritu S. Rosa-
rium cum officio minori de dulcissimo
Nomine Jesu, aut amabili SS. Altaris
Sacramento. Cum Jesu loqui quàm
jucundum, & dulce!

III.

REgni negotia tam prudenter di-
sposuit, & ordinatè S. Stephanus,
ut sine consilio virorum à sapientia, &
virtute celeberrimorum nihil unquam
aggredi voluerit. Charissime mi! Ca-
veamus nimiam de nobis ipsis confiden-
tiam. Centies confundemur, & erra-
bimus. Quare? quia superbis resistit
Deus. *Quamvis sis in tuto, nolî esse se-
curus.* Monet D. Bernardus. Non
enim *sumus sufficientes, cogitare aliquid
boni*

*boni ex nobis ; Sed omnis sufficientia
ex Deo est. 2. Cor. 3.*

Instructio meritoria.

Singulis mensibus bis accedamus Ve-
nerabilem Patrem spirituales, consula-
mus, & an nulli in nobis advertantur er-
rores, excessus, vel offensæ magis nota-
biles, cordatè conveniamus. Si quæ
præscripserit media, citò exequamur.
Ne verò id nostris adscribamus viribus,
recitemus officium minus de Spiritu
Sancto. Ubi vult, hic Deus spirat.

Festum S. Rosaliæ Virginis Pa-
normitanæ & Patronæ contra pestem
per omnia regna, & Provincias Ro-
mani Imperii Honoratissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

ANtra, speluncam petamus, ô fili!
Inveniemus in his Virginem Ro-
saliæ in summa austeritate vitæ, & con-
temptu regiæ etiam amplitudinis Deo
suo suaviter fervientem. Sic nullus lo-
cus adeò squalidus, aut tetricus, ubi non
virtuti diversorium. Nec verus amor
refugit aspera. *Qui enim amat, non la-
bo-*